Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Brevicvlvs Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1662

Sacri ordines

urn:nbn:de:bsz:31-160608

Visual Library

nem Monaſteriorũ. 5. Structuram eorundem. 6. ElectionemGuardianorum. &c. quã debent facere cum PP. Definitoribus. 7. Impreſſionem librorum. Plura de ipſorum poteſtate per totum hoc opuſculum præſertim verò *V. Abſolutio. V. Diſpẽſatio. V. Iudex. V. Irregularitas. V. Prælatus. V. Pœna. &c.* 430. Quis Prouincialis defuncti vices agat, *Vid. Conſtit. c. 8.*

SACRI ORDINES.

431. DE jure communi ac ſpe-

ſpeciali ordinis nullus Clericorum ordinetur Subdiaconus, qui minor ſit duobus & viginti annis, vel Diaconus ante 23. Neque Sacerdos ante 25. incæptum, Religionis autem octauum, qui prius initiatus fuerit, nullum Sacerdotij munus, niſi completo ſeptennio exerceat.

432. Mitti autem debent pro SS. Ordinibus ad eum Epiſcopum, in cuius Diœceſi habitant, non ad alios niſi hi vel abſentes fuerint, vel ordinationes habere noluerint, idque in obedientialibus

expri-

exprimendum eſt. 433. Poſſunt viciſſim Epiſcopi Religioſos quoſcunque in ſua Diœceſi commorantes, ad ordines promouere, licet inde non ſint oriundi, aut ibi contraxerint domicilium. 434. fieri autem debent SS. Ordinationes ſtatutis temporibus & interſtitio, quamquã conſuetudo nũc paſſim ſit, vt die antecedente Sabbathum ordinationum conferantur ordines Minores, ac ſequenti Subdiaconatus.

435. Priuilegia in hac re etiãnũ valida ſũt 1. vt Regu-

res poſſint ordinari extra tẽpora, tribus diebus cõtinuis feſtorum duplicium vel Dominicarum. 2. non ſeruatis Interſtitiis. 3. vt præſentari poſſint à ſuis Prælatis ordinandi vel immediatè, vel per litteras dimiſſorias cuicunq; Epiſcopo orthodoxo, qui eos repellere non poteſt, neq; verò etiam admittere, abſque eo quod præſententur ipſi à ſuo Prælato.

SORORES TERTIARIAE.

436. ORdinem Tertiariorum, de Pœnitentia,